

iudex Nicolaus de Venusio

83

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Nicolaus de Venusio

83

1493-10-10

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadrigentesimo nonagesimo tertio. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno tricesimosexto,... mense Octobris, die decimo eiusdem, duodecime indictionis, Mathere.

Nos Nicolaus de Venusio de Mathere, per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus iudex, Petrus de Paulicellis de eadem civitate,... puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, Iacobus de Corthona, Antonellus Francisci de Angelis, Sanson de Thobaldis et Iacobus Eustasii Nucii Parvuli, testes... de eadem civitate,... notum facimus... quod... constitutis Marino Maselli de la Roccha de civitate Tarenti, procuratore... Polisene et Marie de Spiritu, de Mathera... et... Gabriele Donati notarii Eustasii, de civitate Mathere,... de cuius prefati Marini... procuratione nobis... constitit per puplicum instrumentum tenoris... subsequentis, videlicet: Anno quo sumpsit de Virgine Christus, millesimo quadrigentesimo nonagesimo tertio. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem rege, regnorum... eius anno tricesimosexto,... mense Septembris, die vicesimoquarto eiusdem, duodecime indictionis, Tarenti. Nos Andreas de Salerno, de Tarento, regius ad contractus iudex, Vincensius Spetiarius, de eodem Tarento, puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius et testes infrascripti, videlicet: abbas Andreas de Manfredo, dyaconus Cataldus Meraglia et dyaconus Cataldus de Fanello, de dicta civitate Tarenti... notum facimus... quod... constitute Polisina et Maria de Spiritu, de

Mathera, asseruerunt... habere... in civitate Mathere griptas duas cum cisterna seu pissina ante dictas griptas... et esse eisdem expediens et necessarium... griptas ipsas... vendere... Idcirco confise de fide, prudentia, industria et legalitate Marini de la Roccha, supradicte Marie legitimi viri, presentis et... suum maritale assensum eidem Marie... prestante, ipsum... fecerunt... earum... procuratorem et venditorem et procuratio nomine vendendi dictas griptas,... pretio quo poterit meliori... Unde ad cautelam futuri emptoris... factum est hoc presens puplicum instrumentum... Ego Andreas de Salerno de Tarento, iudex ad contractus, qui supra predicta fateor. Ego dyaconus Cataldus Mirallia de Tarento. Ego dyaconus Cataldus de Fanello de Tarento. Ego abbas Andreas de Manfredo de Tarento testor. Prefatus Marinus... asseruit... habere... procuratorio nomine ut supra griptas duas contiguas, cum platea et cisterna ante ipsas, sitas... in Saxo Barisano civitatis Mathere, in pictagio ecclesie sancti Pauli, iuxta griptam domini Mathei de Ciminello, iuxta viam puplicam, iuxta frontem ipsarum griptarum;... et placuit eidem... dictas griptas... vendere... Qua propter... vendidit... prefato Gabrieli... supradictas griptas... pro... pretio uncie unius et tarenorum decem...

† Ego Nicolaus Venusius regius qui supra ad contractus iudex predicta fateor vera esse et me subscripsi manu propria † Ego Iacobus de Cortona qui supra testis testor † Ego Antonellus Francisci de Angelis qui supra testis testor † Ego Sanson de Theopaldis qui supra testis testor † Signum crucis mee proprie manus Iacobi Eustasii Nuccii Parvuli illicterati scribere nescientis